ſatrem. ſinceritatem ſuam adulatione corrumpunt. loqui
debemus omnes non quod uelint audire. ſed quod audiſſe
ſe ſit utile. Neſcis quantum ſit amicitie pretium
ſi non intelligis multum te ei debiturum cui te dederis
amicum rem non tantum domibus ſed ſeculis rarum. Inpre
tiose amicitie non magis queritur. Si in nolenti bene
ficium reddis ingratus es. Male agit qui fame
non conſcientie gratus eſt. In magnis erroribus ſunt qui
credunt ingratus animi eſſe multa donare cui ſepe
hoc non magnus facit animus ſed magna fortuna. Et
Non minoris animi eſt debere quam dare. imo inter
dum tanto melius quanto maiori diligentia
cuſtodiuntur accepta quam dantur. Et que diligit
et qui reddere beneficium ſuo tempore ceſſant et qui alieno
properant. Qui nimis de reddendo beneficio cogitat.
nimis alium cogitare de recipiendo putat. Si uult
qui contulit recipere beneficium recuſamus. licet ſi non
uult depoſitum cuſtodiam non recuſemus. Nemo
de malis quia ipſe faciat. homini malo beneficium preſtas
bono porrigas. Neſcit non ſapiens beneficium dare
uel tollere. Qui beneficium tribuit non obliuiſcatur.
ſi oblitus ſilis ee. Nunquam te tanti ingratus offendat

S. i. m ultra ca. (?)